



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Thomæ A Kempis Canonici Regvlaris Ord. S. Avgvstini De
Imitatione Christi Libri Qvatvor**

Thomas <von Kempen>

Antverpiæ, 1617

Cap. XVI. De sufferentia defectuum aliorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45760](#)

charitatis, profectò omnia terrena sen-
tiret plena fore vanitatis.

CAP. XVI.

De sufferentia defectuum aliorum.

1 **Q** uæ homo in se , vel in aliis
emendare non valet, debet pa-
tienter sustinere , donec D E V S aliter
ordinet . Cogita, quia sic fortè melius
est, pro tua probatione & patientia, si-
ne qua non sunt multùm ponderanda
Mat. 6. merita nostra. Debes tamen , pro tali-
Luc. 11. bus impedimentis supplicare: vt Deus
tibi dignetur subuenire , & possis be-
nignè portare.

2 Si quis semel aut bis admonitus ,
non acquiescit, noli cum eo contende-
Mat. 6. re ; sed totum Deo committe , vt fiat
voluntas eius , & honor , in omnibus
seruis suis, qui scit benè mala in bo-
1. Thes. num conuertere. Stude patiens esse in
3. & tolerando aliorum defectus , & qua-
Gal. 6. lescunque infirmitates; quia & tu mul-
ta habes, quæ ab aliis oportet tolerari.
Si non potes te talem facere, qualem
vis; quomodo poteris alium ad tuum
habere beneplacitum? Libenter habe-
mus

mus alios perfectos, & tamen proprios
non emendamus defectus.

3 Volumus, quod alij strictè corri-
gantur, & ipsi corrigi nolumus. Displi-
cet larga aliorum licentia, & tamen
nobis nolumus negari, quod petimus.
Alios restringi per statuta volumus, &
ipsi nullatenus patimur amplius cohi-
beri. Sic ergo patet, quam raro proxim-
um, sicut nosipso pensamus. Si es-
sent omnes perfecti, quid tunc habe-
remus ab aliis pro Deo pati?

4 Nunc autem Deus sic ordinavit, Gal. 6.
ut discamus alter alterius onera porta-
re: quia nemo sine defectu, neinō sine
onere, nemo sibi sufficiens, nemo sibi
satis sapiens: sed oportet nos inuicem 1. Thes
portare, inuicem consolari, pariter ad-
iuuare, instruere, & admonere. Quan-
tæ autem virtutis quisque fuerit, me-
lius patet occasione aduersitatis. Oc-
casiones namque hominem fragilem
non faciunt, sed qualis sit, ostendunt.

1. Thes
5. & 1
Cor. 12.